

49500DTL050: Transcription of 49500D0L050

motivum desuper in scientia historica: potentiale/
actuale \equiv bonum

Dynamica systematis

Fundatur in duplici improportione: relate ad materiale/relate ad finem

Systema enim est aliquid determinatum et limitatum
reducitur enim ad determinatum circ. operationum

- (1) Unde non omnibus operabilibus pariter convenit
aliud enim nimis generale invenitur
ut finem particularem non attingit
aliud autem nimis particulare est
unde aliis operabilibus faciliter
sed aliis vel nullo modo applicatur

quare circuli perpetuo perficiuntur, specializantur, integrantur
ut adaptationem et convenientiam meliorem inveniant
et magis expedite plura operabilia ordinent etc.

- (2) operationes humanae non solum sensitivae sunt sed etiam
partes intellectivae
sed intellectus est quo est omnia facere et fieri
et voluntas intellectum sequitur complacendo et refugiendo

quare operationes humanae ad totum universum sese extendunt
non solum materiales sunt quae in rebus movendis mutandis
coniungendis dividendis consistunt
sed etiam symbolicae quae in exprimendo significando
repraesentando absolvuntur.

[page 2]

Dynamica systematis

consistit in eo quod	hab	fiunt
	circ	perficiuntur

quando brachium et manum non solum movere sed
etiam dirigere potest, manum ori immittit

quando res manu adprehendere potest, eas ad os
confert et ori immittere conatur

primum systema humanum est orale

[page 4]

Dynamica systematis: mundus proprius

Mundus proprius contraponitur universo [ens = omnia]

Mundus proprius oritur ex tensione inter
finalitatem humanam universalem
principium continuitatis, conservationis, inertiae

Nam quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur
sed modus communiter erit insufficientis

Si nihilominus recipitur – oritur praematura systematizatio

Si a receptione abstinetur – sequitur contractio,
horizon limitatur
mundus parvulus sed meus

[page 5]

Dynamica systematis: mundus proprius: praematura systematizatio

(1) systema orale infantis

(2) neurotici: complexus persecutionis
omnia ordinantur timore

(3) Totemismus

fundatur in horrore incestus
legitime ducit in systematizationem sociale[m] [exogamia]
praemature extenditur in modum apprehendendi universum

gubernat classificationem hominum, animalium,
 plantarum, lapidum, locorum,
 formationem mythorum, magicae
 receptionem rerum novarum aliunde inventarum
 [mores sibi cognatos inveniunt]

(4) Feudalismus

Liberalismus

Capitalismus

Socialismus

Nationalismus

Clericalismus et anti-clericalismus

(5) Sensus non est: idem est valor totemismi et clericalismi

Sensus est: in diversis his casibus scdm mensuram vel magnam vel parvam
 exhibetur tendentia ad syst praematurum

[page 6]

Dynamica systematis: mundus proprius: secundum abstinentiam a receptione

si a praematura systematizatione abstinemus
 si non recipimus
 non errabimus

Non sequitur

Ipsa enim abstinentia negat finalitatem intellectus ad omnia
 voluntatis circa omnia

unde efficit quandam 'cortina di ferro'
 efficit mundum praemature clausum

scil mundum in infantia et parva aetate elaboratum
 traditionaliter communicatum
 ex ? vitae ortum et confirmatum

unde mundus proprius oppidulo natali
 propriae provinciae, nationi, linguae

sacerdotibus advocatis medicis
mercantibus opificibus agricultoribus etc.

quibus caetera ultra horizontem iacent

est error Pharisaeorum qui legem et prophetas habuerunt
qui sedulo omnia observebant
qui nihil novi addiscere volebant
qui Xtum Dominum cap damnaverunt

est error scholae philosophiae decadentis
florete schola tempore fundatoris, renascentiae
sed intersunt longi periodi decadentiae ubi
fideliter repetuntur verba magistri a discipulis
qui illa verba ad proprium captum reducunt

[page 7]

Dynamica systematis – ut schema analysis

J Piaget

ut habeatur schema analysis, requiritur

(a) methodus distinguendi stadia

(b) methodus examinandi processum ex alio stadio in aliud

α stadia distinguuntur scdm circulos operationum completos
examinantur observando

experimenta inveniendō utrum talis circulus iam compleatur

e.g. scdm perspectivam – quid videat ?

scdm locomotionem – redire non est tantum alia operatio
est operatio inversa

scdm usum linguae -

notionis spatii, quantitatis, causae, casus

β processus duo momenta includit

assimilatio: inq. operatio est ex iam exercitis/similis iam exercitis

accommodatio: inq. operatio variatur scdm exigentias operabilis

quae possunt distingui

[page 9]

Dynamica systematis

id quod fit – omne enim fieri est quoddam operari
 supponit operabile
 terminatur ad operatum

dicit

modum quo fit – non unica quadam operatione
 sed coniunctione, compositione, complexione

applicatur: maxime sensibilibus concretis dynamicis: evolutio personalis
 evolutio socio-culturali

maxime abstractis: quod praesupponitur nec clare
 concipitur a logica classica
 quod maxime fundamentale est
 in tota mathematica

explicat multipliciter, diversitatem, mobilitatem culturarum
 permanentiam conservationem inertiam

exhibet sanctiones: praematurae systematizationis
 praematurae clausurae

[six lines are deleted, and an arrow extends down the margin of these six lines to
 the following:]

ponit quaestionem fundamentalem: si quidquid recipitur ad modum recipientis
 recipitur

relativismus – ton panton metron anthropos